



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt IIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

Elegans sanè & perutilis hic de veritate at- II.  
 tingitur locus: Nempe vt is qui in seculo hoc *Opportuni*  
 versari cum hominibus desiderat, ita affectus *tas tēporis*  
 fit, vt opportunitatem temporis, loci & per- *lociq; vbi.*  
 sona in omnibus seruet & respiciat, linguāq; *que iā ob-*  
 ad ea & omnes actus suos dirigat & disponat. *seruanda.*  
 Nemo enim viuit, qui semper id quod cupit,  
 loqui audeat, aut perpetuo veritatis nitatur  
 studio. Quamobrem pro commoditate tem- *Veritas*  
 poris adhibenda & dicenda erit veritas. Om- *quomodo*  
 nes quidē aperti, simplicis veritatis cultores, *Et quando*  
 fraudisq; inimici adhibito tamen discrimine *dicenda.*  
 esse debebamus. Mea enim quid interest, quid  
 Rome, Venetiis, aut alibi geratur? At si quan-  
 do ab aliquo tanquam teste veritas exigitur  
 & extorquetur, tunc noli parcere, imò in ve-  
 ritatis lucem defensionemq; aliorum omnia  
 quae potes, profer. Sed illud hominis acuti &  
 ingeniosi proprium erit, veritatem suo loco  
 sine aliqua nominis, famaeq; detractioe aut  
 dedecore occultare. Et hoc de seculi huius re- *In diuinis*  
 bus & moribus dictum velim. Nam in diui- *rebus veri-*  
 nis rebus veritas etiā è mediis nubibus erum- *tas celari*  
 pat oportet, & si fractus illabatur orbis, tamē *non debet.*  
 per veritatis studium vult laudari Deus, &  
 ab omnibus gloriosè prædicari.

CAPVT IIII.

ARGVMENTVM.

Vult cū Vulpe lupus configere cominus armis,  
 Cum sua Verba graui teste probare nequit.  
 Omnia Vir sapiens prius experiatur, ad arma  
 Quàm ruat, aut hostem cominus ense petat.

T 6 Tunc

**T**unc rursus implacabilis  
 Exardet Isengrinus:  
 Imbellis, inquit, femina  
 Quid more litigabimus,  
 Verbisq; disceptabimus!



Quis sit reus vel innocens  
 Dicto patebit ocyus.  
 Has Chirothecas accipe:  
 Nosti quid illæ denotent,  
 Quod conferemus dexteras,  
 Pugnaq; dimicabimus,  
 Ne probrat una scilicet,  
 Tuamq; possis longius  
 Calare cunctos plagium.  
 Tunc Reinike subtristior  
 Rerum mearum cogitat  
 Et corporis periculum  
 Iam sustinebo maximum.  
 Nam robur ingens corporis

Habetq;

REINIKES, LIB. IIII. 427

Habetq; vires, is mihi  
Si conferatur Herculis.  
Idcirco Vulpinabimur,  
Novasq; cogar subdole  
Excogitare machinas.  
Audacter ergo Martium  
Accedit Isengrinium:  
Si sumis, inquit cornua,  
Et me laceſſis inſuper,  
Aut poſcis in certamina,  
Licet mihi Vulpecula  
Sit dextra bello frigida,  
Tamen nec omni Reiniker  
Spe dediciſſe ſenties,  
Nec hoſte viſo protinus,  
Agni inſtar expaueſcere.  
Si Marte, Rex exclamitat,  
Vobis lubet decernere,  
Fidem pijs adſtringite  
Verbisq; compromittite,  
Vadesq; coram ſiſtite,  
Quod nempe, ſtellas terſa  
Aurora cum fugauerit,  
Ambo Velitis dexteram  
Conferre more bellico.  
Non immemor Vulpecula  
Catus lupi pro partibus,  
Brunoq; ſpondet inuidus,  
At vota pro Vulpecula  
Cum iunior ſimij  
Dat filio Greuinckiu.

Rex vades  
certaminis  
reponit.

Non esse boni viri officium, nec robusti vel excelsi animi indicium, si cum aduersario tuo multis contendas verbis, aut diem (vt vetulae loquaces solent) altercatione absumas. Proinde breuibus tantum responde & sesquipedalibus fulminantem relinque litibus, aut si honori tuo quicquam detrahit, viriliter & honestè defende.

II. Vt omnis qui candidè & apertè pugnare *Bellū ante* aut dimicare vult, prius inimicitias bellumq; *conflictum* suo indicat aduersario. Id enim si negligit, & *hosti est in* vincitur, ignominiam & infamiam cum *dicendum.* lore refert maximam. Sin vincit, cum dedecore & contumelia vincit, omnesq; eum non apertè aut palam, sed occultis ex insidiis, dolis, atq; machinis à tergo aggressum superasse affirmabunt.

III. Quòd multa consilio & prudentia in rebus humanis gerantur, quae viribus aut potentia confici non possunt.

*Multa cōsilio cōficiuntur q̄ vires nō possunt.* Multa de equestribus nobilium certaminibus dici possent, sed ea iam nihili penduntur.

IIII. omnia, quòd varietas commiscuit, & sursum deorsumque abiecta versauit fortuna. Multi iam magnificè verbis sua stemmata praedicant, sed interim annonam flagellantes sordidam mercaturam exercent & negotiantur, nec vniquam toto vitae spacio ad equestre se conferunt exercitium, aut in certamen descendunt. Magnifica certè olim & praclarissima res fuit

fuit inter nobiles talibus vacare ludis & spectaculis. Quæ nisi denuò instaurentur, salus sperari nulla potest. Nobiles enim dum negociantur, nūquam, quamuis vno anno tanta vbertas frugum, quantum aliis tribus reræ fœtu profundatur, vilescet annona, quæ in bono si foro non est, nec cætera minoris aestimatur omnia. Porro indices omnia magis magisq; pœnis deficientibus accrescunt flagitia.

*Equestres  
nisi restau-  
rentur lu-  
di, nulli sa-  
lus commu-  
nis sperari  
potest.*

Quis autem verè nobilis, quis generosus ea puniet? Num qui ipse immerse vitiiis voluntatur fœdissimis, sibiq; ipse diffidit, ne redarguatur, & ex proprio oculo festucam extrahere iubeatur.

CAPVT V.  
ARGVMENTVM.

*Vngitur vnguento vulpes, variatq; capillos:  
Ne capiat grauius vulnus ab hoste lupo.  
Insuper instruitur quibus artibus ipsa triumphum  
Ducere, vel capiti ferta parare queat.*

**A**T vulpus intellexerunt  
Hoc cum propinqui nuncium,  
Mox congregati consulunt,  
Vxorq; chara simij  
Romam profecti Rigena  
Sic prima fatur omnium:  
Dilecte frater Reinike,  
Vis ut tibi victoria  
Det gloriosa maximum  
Ex hoste victo gaudium:  
Præcepta quæ præscribimus

Vxor simij  
Reiniken  
instruit quibus artibus  
aut fallaciis Ifengri  
niū deuincere possit.

*Serbare*